Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35039
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

ca. 3.

beneficia exhibuerint ibi eum interim etc. Circa primam partem tres rationes adducit quod
talis est apud illas ingratitudo minime est tollerabilis ymo penitus intollerabilis apud
quos est contra ingratos actio et pena constituta sed hic est athenis ergo etc. primo
ergo ponit rationem ad hoc licet maiorem cum dicat quod cum ubique sit summe dementie beneficia
in iniuriis compensare hoc precipue athenis intollerabile videri debet in qua urbe ad
versus ingratos actio constituta est Seneca hanc legem commendat dicens Et recte
et rationabiliter de puniendis ingratis sunt constituta quia illa lex lex est rationalis
est iusta sine qua vita humana servari non potest sed nisi esset gratitudo servari non posset
ergo etc. unde subdit quia qui gratiam parem id est equalem bene merito referre ne
gligit dandi et accipiendi beneficium sine quo vix hominum vita extra tollit Secundo arguit sic
illi reprehendi fortius debent qui equissima iura ingenuissima ingenia habentes utun
pocius moribus quam legibus sic fecerunt athenienses quia moribus suis quam legibus
uti maluerunt Tercio arguit sic Quemque legem ingratorum vindicem retineret certe
patriam atheniensem ad aliam civitatem pertraherent et populum illum garrulum atque
ingeniosissimum mutum et elinguem id est sine lingua hic postulare id est hic oratione redderet
sed si deorum providentia effici posset ut excellentissimi viri quorum casus in isto capitulo
recitabuntur hanc ingratorum legem retinerent talem vindictam de ipsis civibus mutuo exigerent
Sepulcra etc. hic auctor non contentus dictis in secunda parte alloquitur ipsos detestando
athenienses dicens O athenis fatis tuis sepulcra et dividua id est divinitatis tanquam pa
ces gratie facta sunt columne id est alacritatis et fortitudo hanc licet non intelligo
nisi aliqua imponant de atheniensium cronica Nam magnum cum xerse rege athenienses
bellum habent crudele bellum inter se habuerunt civile quo completo et in una multitu
dine hominum mortua homines mortui in aerem elevabant et ultro citroque inter se corpora
collucta[ba]bant quae populus aspiciens in ipsis posuit non convenerunt tandem ex omnibus
mortuorum corporibus sunt inde dissimilis cumulum fecerunt et ignem desuper ponen
tes ipsos cremaverunt nec sic mortuorum impetus quieverunt ymo flamme eorum
se ad invicem colliderunt ¶ Quod qualiter hoc sit possibile non est parvus opus vi
dere nonnulli tamen dicunt hoc fuisse ex aliqua corporum influentia naturali quod
ego verius credo licet eciam hoc non vetat in dubium quin divini ope potuerit esse
factum Igitur post tanta totorum sepulcrum athenienses venerunt et qui erant
primo quidam tuguria grecie totius patrie facta sunt columne Et tandem numerat
auctor eorum gesta marathon qua miltiades vicit persas tropheis licet solum et
atheniensium cunctates et naufragia xersis paralidis moenibus exhausta inveniuntur
pulchrioribus opibus menia construunt harum rerum auctores ubi vixerunt ubi iacet
responde et tunc ex habundanti repetit precipue de quibus in exemplis dictum est

¶ Nondum quod Valerius multum insultus fuit contra athenienses quod non fecit contra ro
manos sicut alicui forte posset videri sed hoc ideo quia in athenis erat precipue studium
propterea minerua id est sapientie deam adorabant ergo eo magis ipsis imputabatur
quanto non ex passione vel ignorancia sed ex certa malicia et per electionem pecca
bant in hanc rationem si bene inspicitur textus tangit auctor in illa parte summo
consensu id est deliberate et ibi precipue athenis etc. ¶ preterea multum apud istum
video in romanis fuit tantum crudele et horrendum quantum miltiadis optimi viri
in fine tantum crudelitate experiretur Cum interim etc. hic ut dicebatur ostendit athe
niensium maliciam quia male merentibus beneficia exhibuerint Nota ergo quod sicut ma
lum sit gratiam non reddere et pene malum quam bono retribuere detestabile tamen
est et omnino carens racione merentibus mortem in genere malorum vitam tribuere

q[uod] no[n] ideo fecit q[ui] romanus